

Annotations.

1. Dicitur vulgo: *Meta inopinabilis.*
2. Proponit *Aristoteles* & alios quosdam dolos, quibus ad propositum suum circa hosce duos scopos irrepere sophistæ conantur, de quibus vide *ipsum l. 1. Elench. C. 12. & Fonseca l. 8. Institut. c. 17.*
3. Quò autem *Respondens ad Falsum* aut *Paradoxon* statuendum cogatur, non est certa thesis sequenda, sed *vaga, incerta, & inordinata* sunt quærenda. ut: *Socrates in Protagora Platonis* non quærit: *an virtus possit doceri?* Sed in genere interrogat: *an Protagoras profiteatur, quod possit bonos cives efficere?* quod dum Protagoras adfirmat, eum de modo virtutis comparandæ minus rectè sentire monstrat Socrates.
4. Utuntur hoc præcepto, qui facinorosos examinant. *Item*, qui mendaces. Sic *Cicero pro Murenâ*, quum ad argumenta non posset respondere, adfert interim aliquid *de Catone*, qui Stoicus erat, ejusq; dogma exagitat. *Piccartus Organ. p. 434. Hieron. Reckleb. Organ. p. 176.*

CAPUT